



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gegorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio XXXVIII. De Procuratore ad litem, faciente vel omittente aliquid in
præjudicium Causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

TITULUS XXXVIII.

De Procuratoribus.

DECISIO XXXVIII.

De Procuratore ad litem, faciente vel omittente aliquid in præjudicium causæ.

SPECIES FACTI.

Calixtus Civis Ingolstadiensis instituta conditione certi ex mutuo conventus est Ingolstadii à Bennone Monacensi Mercatore super mille florenis mutuo datis. Cùm verò Calixtus negotiorum causâ per longum tempus abesse Ingolstadiò debuerit, loco sui constituit Procuratorem ad hanc litem prosequendam: qua contentata Procurator ignorante Calixto & improvidè factus est, Calixtum à Bennone quidem accepisse mutuos recipere, addens tamen, illum hos jam solvisse. Igitur Magistratus impetavit Procuratori probationem solutoris intra mensem faciendam; verum is terminum hunc probatorium elabi, imò & duos alios, sed brevior-

res, postea sibi præfixos, pariter permisit fluere per suam negligentiam. Proinde ab adversa parte de contumacia accusatus, & de ea à Magistratu condemnatus, Calixtus verò Principalis solvere mutuum iustus est. Cùm igitur Procurator tum per factum, scilicet per confessionem accepti mutui, tum per omissionem & negligentiam, qua terminos probatorios elabi permisit, causam perdidit, idcirco quaeritur I. An factum Procuratoris noceat Domino, seu Principali. II. An illius negligentia. III. Quid remedii competat Principali, qui propter culpam Procuratoris cecidit causâ?

§ § * * § §

(R.P. Picbler Decisiones.)

Cc

QUA-

QUÆSTIO I.

An factum & confessio Procuratoris noceat Domino?

Quod generaliter omne factum, consequenter & confessio, Procuratoris noceat Principali, vehementer suadet I. Regula Juris 72. in 6. ibi: *qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum*: ergo, quod Procurator, qui à Principali constitutus est ad litem, facit, generaliter ipse Dominus fecisse censetur. Manzius de *Procuratorib. n. 294.* Accedit II. argumentum à pari; quia per factum Procuratoris acquiritur emolumentum, nempe possessio, & quod inde provenire potest, dominium, vel usucapio. *l. 1. C. per quas pers. nobis acquir. §. Ex his itaque Inst. eod. Jul. Pac. cent. 2. legum conciliat. q. 35.* ergo & per factum Procuratoris nocetur & amittitur aliquid Domino. Id quod roboratur III. ex *l. 9. §. 8. ff. de reb. cred.* ubi dicitur, per Procuratorem acquiri conditionem crediti, seu certi ex mutuo, si nempe aliquis pro altero, tanquam Procurator, numeravit mutuam pecuniam. *l. 2. C. per quas pers. nob. acquir.* ergo etiam vice versa extinguitur actio Domini, ac in specie conditio certi ex mutuo, per factum Procuratoris, & sic nocetur Domino. Confirmatur, IV. Procurator per suam negligentiam, ut si post sententiam latam non appellavit intra decendum, nocet Domino, ut nec iste appellare permittatur. *per text. in*

l. 10. C. de Procurat. cur ergo non nocet riter per factum noceat? præterea cum V. pugnet eadem ratio; fructus enim Procurator ad litem constitutus post eam contestatam fit litis dominus. *l. 22. C. eod.* ita, quidquid à Procuratore ad eam litem tractandam pertinet gestum fuerit, à Domino gestum esse censetur. Anton. Faber in *Cod. l. 2. tit. 6. def. 3. n. 2.* Adde VI. quod Procurator per suum factum profitur Domino: cur igitur non noceat? cui qui sentit commodum, sentire & damnum debeat. *per c. 55. de R. J. in* Atque hæc in ista intricata, ut vocat P. König, quæstione tantum momenti censeo, ut pro regula generali statui possit, factum Procuratoris, saltem post litem contestatam, nocere Domino. Manzius de *Procurat. n. 294.* in tantum saltem, ut sententia teneat contra Dominum lata, executioni dari possit, salvò inter regressu Domini adversus Procuratorem, & casu, quo iste non sit solvendo, restitutionis in integrum beneficio. Nihilominus tamen regula hæc patitur has notabiles fallentias. I. quando Procurator excedit fines mandati tunc enim agit nulliter, nec Dominum præjudicat. *l. 27. ff. l. si Procurator v. C. de Procurat.* Socin. *reg. 5. mandati fines diligenter custodiendi.* Tufches *litt. M. concl. 39. & 40.* ubi ponitur

imitationes quoque alias. Qui Tusch. *concl. 39. cit. n. 16.* notat ex Oldr. per mandatum ad lites non dari facultatem Procuratori, ut confiteatur aliquid in prejudicium Domini. Mascard. *de Probat. concl. 369.* Idem est, si Procurator expressè renuntiet instantiæ vel appellationi; quia hoc esset donare, quod requirit speciale mandatum. *Maximus p. 6. decis. 190.* Tusch. *litt. P. Concl. 844. n. 3.* Aliud foret, si appellationem committat negligenter. *l. 1. §. fin. ff. quando appell. fit. uti & per pactum iacuum, licet non possit per expressum.* Tusch. *lo. cit. n. 74.*

Fallit II. si Procurator dolum committat, & per delictum faciat aliquid in prejudicium Domini ignorantis, vel reclamantis; sed in calu ignorantiae intellige, si Dominus aliunde non possit esse indennis. Tuschus *n. 9. no. Brunem. ad Cod. tit. de Procurat. l. 10. §. 4. §. 5.* qui ad *l. 3. n. 4.* idem asserit de contumacia Procuratoris, ita ut noceat Domino in interesse & quoad valorem processûs. *c. 1. ut lit. non cont. ff. quamvis juxta l. un. §. 2. ff. si quis p. dicitur, non noceat Domino in ordine ad poenam contumacia Procuratoris; cum in ordine ad poenam delictum & dolus solum ei, qui committit, nocere debeat. l. is, qui à debitore §. ff. que in fraud. Consonant l. 6. ff. de condit. indeb. §. l. 9. ff. de dol. mal. §. met. except. Socinus. Reg. Procuratoris 293. seq.* Ferè sicut

Fallit III. ut ob Procuratoris factum Dominus non incidat in poenam. *per l. 6. cit. & ibi Jason, Bald. 288. & ple-*

nè Roman. *conf. 247.* Nec obstat, quòd aurigæ vel vectoris culpa, merces alienas, quas vehit, apud publicanum non profitentis & vectigal vel telonium declinantis noceat Domino mercium quoad poenam commissi, h. e. ut mercium dominium ipso jure amittat, translatum in fiscum. *per l. 14. ff. de Publ. §. vectig. l. 43. ff. de Jure fisci, nimirum interveniente condictione ex lege ad persequendam rem commissam, seu actione commissi, quæ est actio in rem, seu rei vindicatio per ministerium Judicis. Quia, quamvis hoc concedatur cum Cancellario Schmid. *Senicent. 2. controuv. 23. n. 6.* cum Sixtino *de Regal. l. 2. c. 6. n. 165.* Mindano *l. 2. de mandat. c. 43. §. 5.* Rosenthal *de Feud. c. 5. concl. 41. litt. D. Klocken de vectigal. th. 89.* & Brunem. *ad. l. fin. n. 10. ff. de Publ. §. vectigal.* tamen non est paritas in hoc cum Procuratore; nam si Dominus non deberet luere culpam aurigæ cadens in poenam commissi, facile foret per collisionem jura fisci intervertere in detrimentum publicæ utilitatis, & nunquam ferè locum haberet *l. 14. §. l. 43. cit.* cum rarò soleant ipsi domini res & merces vehere, sed alienâ uti operâ. Præterquam quòd etiam juxta hos DD. Domino reservetur regressus adversus aurigam, & si iste non sit solvendo, concedatur restitutio in integrum ex clausula illa generali, *si qua mihi justa causa videbitur.* Taceo, quòd quàm plurimi, etiam per aurigam perfidè non solventem vectigalia vel telonia Domino mercium non noceri,*

noceri, doceant, imò communiter cum Bocero, Böer. Peregrino de Jure fisci lib. 6. tit. 5. n. 35. limit. 4. & Math. Stephani de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 1. memb. 1. n. 259.

Fallit IV. ut dolus, contumacia, aut negligentia Procuratoris non nocet Domino in iis, quæ casualiter incidunt, & non concernunt ipsum processum, vel negotium demandatum. König ad tit. de dolo & contum. n. 33. quia ad ejusmodi actus se non extendit mandatum, nisi nempe Dominus vel expressè (vel tacitè, quia scivit & non contradixit) ratum habuit factum Procuratoris. Licet noceat ejus factum Domino, si illud concernit ipsum processum, vel negotium demandatum; quia eatenus Procurator repræsentat personam Domini, & fictione juris habetur pro eadem persona. Et hoc probant superiùs adducta argumenta, atque ratio; cum aliàs nemo cum Procuratore litigaret, vel contraheret, König loc. cit. & n. 31. præced. ubi ex can. 29. caus. 2. q. 6. c. 2. de in integr. rest. & c. 21. de sent. & re jud. probat dolum, contumaciam, & negligentiam Procuratoris sæpe nocere Domino. Et n. 34. respondet ad l. 17. ff. de liberali causa, ubi palam insinuat, domino ignoranti non nocere culpam Procuratoris, etiam casu, quo is mandatum habuit ad talem actum, respondet, inquam, ibi vel non fuisse Procuratorem constitutum, sed nuntium merum, vel esse casum specialem exceptum, quando alicui tanquam Procuratori mandatur certa & determinata res emenda.

Jam ex his ad nostrum casum videtur dicendum, quòd factum, seu confessio Procuratoris de accepto matuo non nocuerit Principali, partim quia Procurator excessit limites mandati, ut patet ex fallentia prima: partim quia confessio fuit magni præjudicii, nempe in causa 1000. florenrum, quæ summa apud cives valde notabilis esse censetur; nam etiam contumacia Procuratoris in præjudicium magnum Domini non nocet Domino. per l. un. ff. si quis jus dicit partim quia Principalis fuit absens, & ignorans; nam Procurator per factum suum non potest causam Domini ignorantis deteriore facere. l. 49. de Procurat. Manz. de Procurat. n. 2. Et secundum hæc fundamenta respondetur modò ad opposita. Ad procedit generaliter & in thesi, non verò, quando Procurator excedit limites mandati, quando agitur magna summa, quando Dominus ignorat factum Procuratoris, Ad II. & III. dictis duobus casibus commodum quidem accipit Dominus ex facto Procuratoris propter specialem Juris dispositionem, non verò in aliis & generalibus quia in l. 1. C. per quas pers. nob. acquiritur aliud acquiri Domino per Procuratorem, quam possessionem, & quæ ex ea sequi potest, usucapionem, unde nec actio acquiritur Domino per factum Procuratoris. l. 1. cit. l. 79. ff. de R. J. Manz. n. 264. seqq. Quæ propter utraque negatur consequenter, quamvis enim regulariter Procuratoris factum noceat Domino, tamen

non nocet, quando Procurator excedit mandatum &c. ut paulò antè dictum. Ad IV. Iterum negatur *conseq.* propter easdem rationes & limitationes in Jure fundatas. Ad V. & VI. Illa iterum procedunt tantum in thesi & generaliter, non in nostra & præfenti hypothefi.

QUÆSTIO II.

An negligentia & contumacia Procuratoris noceat Domino?

Regula est inter DD. recepta, quòd Procuratoris negligentia noceat Domino, per *text. in l. 10. C. de Procurat. l. transactionis 7. C. de transact.* Rosbach *tit. 19. n. 29.* Gail *1. obser. 45. n. 1.* cum Bart. & aliis in *l. 1. §. 2. ff. si quis jus dicenti.* & Baldo & Salye. in *autb. hodie C. de Appell.* Sibi enim imputare debet Dominus, quòd negligentem Procuratorem constituerit. *l. 23. ff. de Minor. inf.* nec refert, utrùm Dominus sciverit vel ignoraverit negligentiam Procuratoris. Rosbach. *loc. cit.* Carpzov. *p. 1. Const. 1. def. 12. n. 4. in Jurisprud. For.* cum Felin. & Natta. Unde inferunt, si Procurator terminum probatorium præterlabi passus est, vel post latam contra suum Principalem sententiam intra decendium non appellavit, nec Dominum postea amplius audiri. Bart. *lo. cit. §. si procurator.* salvo tamen regressu, & suo modo restitutione in integrum, uti dicitur in *q. 3.* Nec refert, quòd negligentia Procuratoris conjuncta fuerit cum contumacia. per *c. 1. ut lit. non contest.* Brunem. *ad l. 3. C. de Procur. n. 4.* Ne verò ex aliena culpa dominus patiatur damnum, nunc decidenda est

QUÆSTIO III.

Quid remedii competat Principali, qui propter culpam Procuratoris cecidit causâ?

Expedita est apud Auctores responsio, quòd competat ei actio mandati directa ad interesse, & ad servandam plenam indemnitate. *l. 6. l. 8. l. 41. ff. mandati. & arg. l. 43. §. 1. ff. de administratione & periculo tutor.* & quidem ob summam æquitatem. Verlohner *de actionib. forens. tit. Actio Mandati directa n. 3. in f. Gail. 1. obser. 45. n. 4.* Carpzov. *def. 12. cit. n. 6.* cum aliis. si verò Procuratori solvatur merces, potiùs actio locati datur.

C c 3

At

At verò controversum esse video, ex qua culpa Procuratoris competat Domino hæc actio mandati (vel locati) Sunt, qui non modò dolum, culpam latam, & levem, sed & levissimam à Procuratore generaliter præstandam esse contendunt, uti Struv. in *Syn- tagm. Jur. Civ. exercit. 22. th. 10.* Wis- senbach in *l. 23. ff. de R. l. n. 19.* Harprecht ad *Inst. de Mand. §. 8. à n. 21.* Cyn. in *l. Procuratorem C. Mandati.* propter *text. in l. 13. C. Mandati,* ubi asseritur, *omnem* à Procuratore culpam præstari debere, & ibi *gl. ad d. v. omnem.* Cui ratio adsupulatur, eò quòd omnis mandatarius tacitè videatur promittere omnem & exactissimam diligentiam, dum de gerendo alieno negotio mandatum suscipit; & ex *l. 21. C. eod.* appareat, majorem in rebus alienis gerendis adhibendam esse solertiam, quàm in propriis.

Verior tamen mihi videtur sententia, quæ generalibus Juris principiis inhaerendo distinguit inter negotia, quæ Procuratori aut Mandatario gerenda committuntur, ita ut in negotiis, quæ ex natura sua modicam diligentiam requirunt, aut in solius Mandantis utilitatem cedunt, solum *dolus* & *culpa lata:* in iis verò, quæ mediocrem industriam exigunt, aut in utilitatem utriusque, tam Mandantis quàm Mandatarii, spectant, insuper *culpa levis:* ac demum in iis, quæ per se exactissimam postulant sagacitatem, aut in solius Mandatarii utilitatem redundant, etiam *levissima culpa* veniat à Mandatario præstanda. Ita magnus

Molina de *l. §. I. tr. 2. d. 549. n. 1.* Schrader. de *Mandato n. 24. seqq.* Witsenbec. ad *ff. Mandati n. 10.* Locati *15.* Brunem. ad *l. à Procuratore n. 316.* Veslohner *lo. cit. n. 6.* Sumitur ex *l. 23. ff. de R. l.* ubi contractus Mandati dicitur recipere *dolum* & *culpam*, sicut recipit commodatum, venditio, locatio, pignus &c. ergo infinuatur Mandati contractu quoad præstationem culpæ observandas esse regulas aliorum contractuum, quæ pro qualitate negotii, & cum respectu ad utilitatem, quam contrahens percipit, diversam culpam præstari volunt. Quæ facit etiam *l. 11. C. Mand.* uti & acutitas rationis; quia planè non videtur majorem diligentiam promittere Mandatarius, quàm natura negotii suscepti exigit, aut commodum in se redundans. Rosbach de *Mandato tit. 2. n. 46.* Unde, cum negotia Judicialia exigant maximam diligentiam, Procurator ad litem tenetur præstare culpam levissimam, & de hoc intelligenda venit *l. 13.* in contrarium allegata Ratio in oppositum adducta planè vera non est in omnibus negotiis, præsertim extrajudicialiter tractandis.

Quæres, an Domino, ex facto vel negligentia Procuratoris graviter læso, non competat restitutio in integrum? R. cum communi, competit ex clausula generali *l. 1. ff. ex quib. caus. major.* sed non in casu, quo Procurator vel Mandatarius est sufficiens ad omne interesse & damna vi actionis mandati refarcienda Domino; quia tunc habet

ret Dominus remedium ordinarium, quo suppetente regulariter non competit extraordinarium, cujusmodi est restitutio in integrum. per text. in l. i. *taque fulbo. 12. ff. de furt. l. eleganter 7. §. penult. ff. de dol. mal. Gail. n. 6.* Oldendorp. de action. class. 4. act. 2. §. 4. *§. si Procurator. Wesenbec. ff. ex quib. caus. major. n. 5.* Carpzov. lo. cit. def. 13. n. 2. & alii, quos citat & sequitur Hartm. Pistor. p. 1. q. 31. n. 7. *§. segg.*

Sed quid remedii in praesenti casu competit Calixto, qui per imprudenter confessionem Procuratoris, & per contumaciam illius in non comparendo intra terminum probatorium perdidit bonam litem 1000. florenorum? n. salvo regressu ad interesse & damna adversus Procuratorem (scilicet quoad expensas in novam litem faciendas, & quantum interest Domini, processum non debite gestum fuisse) potest agere remedio nullitatis processus; quia juxta superius dicta neutro modo potuit nocere Domino, sed nulliter egit tum excedendo mandatum per suam confessionem, tum contumaciter non comparendo:

nam contumacia illius in iis, quae magni sunt praedicii, non censetur esse confessio, uti alias esse censetur juxta c. 2. de confessis in 6. Manz. n. 314. cum Gailio. Quod autem excedendo mandatum nulliter egerit Procurator, & processum consequenter vitaverit, patet indè, quod Procurator excedens limites mandati se habeat, sicut Procurator falsus, seu nullum habens mandatum, uti notat Vantius de Nullitatibus tit. de Nullitate ex defectu inhabilitatis seu mandati comparentium n. 74. *§. 91.* cum Baldo, quem caeteri sequuntur, & Canonista in c. ex parte de Rescript. *§. c. constitutis §. Clem. 1. de Procurat.* Procuratoris autem falsi gesta certè non valent. per c. 1. de Procurat. ubi Gonzal. multa Jura & DD. allegat. Gail. 1. observ. 47. n. 2. ubi n. 1. pro Procuratore falso etiam habet, qui quidem mandatum habet, sed impertinens ad causam, vel non se extendens ad illam. Nec praediciant Domino absentem; ac insuper talis tenetur ad restitutionem expensarum, damnorum, & interesse Domino. Vant. n. 66. 67.



TITU-